


Capitulum Primum

gis laciōra q̄ corpora cubica. sicut dictum ē vobis in arithmetica cōmuni folio nono ibi. rurs⁹ numer⁹ solidus. ¶ Secūda diffinitio spere est ipsius Theodosij in libro suo de speris / in principio / que in corpore sperico ita aperte non habet demonstrationem / sed potius requiritur / vt corpus spericum proiciatur super planum ex doctrina Ptolomei / scdm̄ quam projectionem omnes theorice planetarum sunt compositae / tunc ex diffinitione circuli / propositum est manifestum. ¶ Spera est corpus solidū vna tantum superficie contentum vt dicit Leupold⁹ Spera est orbicularis superficies celestis corporis in qua stelle fixe continentur Alfraganus. Spera ē spēs quedam in rotundum formata ab eodem in idem circa suum centrum equis spaciis circulariter reuoluta. Albumasar.

¶ Et iste p̄ctus dicit̄ zentrū spere Linea vero recta transiens p̄ centrum spere applicās extremitates suas ad circūferētiā ex vtraq; parte dicit̄ axis. Duo vero puncta axem terminantia dicuntur poli mundi.



¶ P̄ctus medius circuli dicitur centrum a censeo / quia s̄m ipsius sumitur iudiciū periferie p̄tinēdo sup se altero pedē circuli / talis etiā p̄ctus spere d̄r centrū ex eadē causa Axis autē spere / est quedā linea intellectualis / que p̄ dictū cētrū recte transiens ad duas extremitates periferie se extendit hec due extremitates dicit̄ poli mundi / scdm̄ quādā similitudinē a poliēdo q̄ plani et rotundi sunt sicut de Ptolomeus . 4 . magne constructionis.

¶ Spera autē duplīciter diuiditur sc̄z s̄m substantiā et s̄m accōs. Scdm̄ substantiam ei⁹ in speras nouē sc̄z in speram nonā que primus motus siue primū mobile dicitur / et in sperā stellarū fixarū que firmamentum nuncupatur / et in septē speras septē planetarū quarū quedā sunt maiores quedā minores s̄m q̄ plus recedunt et accedunt a firmamento. Vnde inter illas